

history of these events, the book is useful. The style is well balanced, and sources and later studies are discussed to some extent.

The book has seven chapters which are chronologically arranged. Historically important battles play a substantial part in B's description, but his competence in Boeotian history gives most to the reader. The final chapter 7 is a short conclusion with the title Thrasybulus and Athens, 450–389. On the whole, the life of Thrasybulus is registered whenever it has been possible, but the results are what one expected: a competent description of Athenian politics during this period, but the person and role of Thrasybulus still remain rather vague. It would have been interesting, if the meaning of the phrase *aner agathos* were analysed in a deeper way. The epigraphic evidence of this and of a little later period would have yielded interesting examples concerning *andragathia* and its use on inscriptions. That may have thrown light on the social context which Xenophon had in mind when he used that expression.

Martti Leiwo

Prosopographia Imperii Romani saec. I. II. III. Pars VI. Consilio et auctoritate Academiae Scientiarum Berolinensis et Brandenburgensis iteratis curis ediderunt Leiva Petersen†, Klaus Wachtel, adiuvantibus M. Heil, K.-P. Johnne, L. Vidman†. Apud Walter de Gruyter & Co., Berolini – Novi Eboraci MCMXCVIII. DEM 210.

Novum Prosopographiae Imperii Romani volumen in manibus habere maxime est memorabile non solum propter illustrissimam ipsius operis vetustatem, sed etiam ideo, quod fere semper diu exspectandum est, dum novus fasciculus edatur. Iam decem anni transierunt, postquam volumen prius (N–O) publici iuris factum est. Quod tamen temporis spatium longinquius, ut scriptores operis in praefatione narrant, partim eo explicatur, quod Rei publicae Germanicae Democraticae collapsu etiam Academia (nunc Berolinensis-Brandenburgensis nuncupata) denuo constituenda erat. Accedit, quod duo studiosi de Prosopographia edenda optime meriti diem supremum obierunt Ladislaus Vidman a. 1989 et Leiva Petersen a. 1992. Sunt autem aliae quoque res, quae catalogos, qui ex titulis aliisque fontibus componuntur, multum morantur. Nuntii enim ad viros mulieresque honestiores pertinentes novi, tituli praesertim, sine intermissione cumulantur, magis magisque tam de viris ipsis mulieribusque quam de familiis in ephemeridibus aliisque operibus scribitur, et ita editores Prosopographiae saepius periculum adeunt, ne res quaedam omittantur, cum omnia nova non magni tantum sed etiam minoris momenti in Prosopographia includi debeant. Praeterea a scriptoribus id exspectamus, ut voces aequas et libratas iudicio et ratione componerent. Mora illa ex eo quoque facile intellegitur, quod Prosopographia nunc ad litteram P pervenit ideoque hic fasciculus necessario voces paginasque multo plures continet quam ii, qui proxime editi sunt. Multa enim nomina gentilia tam magni momenti quam usitata (*Petronius, Plautius, Pompeius, Pomponius* etc.), plurimi homines nomine Graeco incipiente a P instructi atque alii complures clari nobilesque in tabulas referendi erant (inter scriptores commemorari possunt Papinius ille Staius, Pausanias, Persius, Petronius, Phaedrus, Philo, Plinii maior minorque, Plutarchus, Porphyrius, Sextus denique Propertius). In universum albo alphabetico continentur 1119 voces, 40 stemmata genealogica plurimaeque aliae adnotationes. Voces primo a Vidman et Petersen compositae postea saepius auctae sunt additamentis intra uncas rectangulos positae.

Scriptores omnino opus hoc laudabiliter videntur confecisse. Etsi sunt singula multa, quae denuo tractari aliove quodam modo explicari possint, tamen talia in huius modi operibus vitari non possunt neque propter ea hic fasciculus minus cohaerens fit. Stemmata perspicue impressa, sed interdum iam obsoleta sunt (ut n. 35 ex scripto quodam iam a. 1979 edito sumptum). Mentiones investigationum recentiorum hic illic inveniuntur (e.g. n. 447, 490, 602, 991), locis aliis desiderantur, ea fortasse ex causa, quod scriptores ad eas considerandas tempus non habuerunt (in vocibus ad Pupienos pertinentibus, n. 1084 sqs. [etiam 1074], mentio iam facienda est eorum quae scripsit F. Chausson, Cahiers Glotz 7 [1996] ac nuperrime 9 [1998]). Quod ad genus Latine scribendi attinet, id in singulis vocibus aliquantum mutari facile potest observari, cum scriptor alius alium continuo excipiat. At cum unus elegantius scribat quam alius, tamen verba exceptis quibusdam insolitis numquam parum prospere eveniunt. Errata typographica vel alia minoris momenti perpauca notavi (e.g. p. XI: 'Chastagnol Fastes' suo loco non indicatur. – n. 15: in fine scribe *Medizinalpersonal*. – 17 v. 3: *in* (non *of*). – 21: in fine scribe Σατορνείνης. – 38: scribe *marmoreae*. – 44: id. – 146 (st. 5): praenomen n. 146 fuit *C*. – p. 61: scribe *Sijpesteijn*. – p. 86 v. 9: [...]PELLA (non [...] PELLA); cognomen ignoratur, sed adici potest etiam cognomen *Hispellae* apud senatorem quendam notum esse (cf. quae scripsi Tyche 3 [1988] 135 sqs., ubi nomina masculina in *-ella* tractavi). – 243: scribe *Portogruaro*. – 466 v. 11: scribe *qua*. – 493: in fine scribe *Vi*. – 500 (p. 215 v. 3 infra): scribe *scripsit*. – 681 v. 6: lege *t. 2... t. 1. 3*. – 979: scribe *stemmata*). Minimum denique ad artem edendi pertinens notandum: unci rectanguli non semper videntur congruenter adhiberi pro punctis multiplicibus (atque ex contrario) ([...]VS / ..VS, etc.). Hoc quoque quaerendum, num quid sibi velit numerus punctorum plerumque mutatus: [...] aut [...] aut [...].

Quae sequuntur observatiunculae sunt ad singulas voces. N. 10: titulus in fine memoratus (qui est AE 1985, 161a) fortasse Ostiensis putandus est eoque Paccium hunc Marcum fuisse conicias. – 13: virum hunc cognomine usum esse probabile est: [---]. – 21: fieri potest, ut Saturnina filiam habuerit cognominem (III 12150), cf. M. Kajava, Roman Female Praenomina ([1995] = FP) 159. – 22: formam *Carpioni* (X 4606) ne reprehenderit. – 41: cognomen fuit potius *Lucilla*. – 121: nomina tractavit Kajava, FP 131 adn. 235. – P. 57: Paullam Aemiliam nobilem non fuisse conieci ibid. 177 sq. – P. 85 (st. 8): consulem a. 177 adoptatum esse probabilius conici potest, sed res non plane certa est. – 241: potuit laudari etiam PFOS 860. – P. 125 (st. 13): coniecturam cognomen *Cratae* et uxori et filiae Frontonis fuisse non est, cur omittas. – 327: est etiam ICUR 10085. – P. 128/9: an consulto omissa sit Petronia Lasciva (Eck, EOS I 219)? – 331: nomen et titulus tractantur a Kajava, FP 146. – 435: melius editus Ausonia 6 (1911) 48 atque amplius tractatus a Kajava, in: Prosopographie u. Sozialgesch. (1993) 166 adn. 2. – 524: nomen integrum fuit potius (*Servilia*) *Plotia Isaurica*. – 534: loco nominis *Pollae Donatae* intellegendum est e.g. *Polla Domatia*, cf. Kajava, FP 54 (iam prius Solin, Epigraphica 51 [1989] 243). – P. 232: cum vox Πῶλλα [---] (IG II² 4246; cf. Kajava, FP 177) non inveniatur, fortasse consulto omissa est? – P. 248 (st. 26): consuli a. 209 fortasse etiam nomen *Claudii* fuit, quod in titulis non indicatum est. – P. 274 n. 31: de consule a. 150, uxore eius posterisque cf. etiam quae scripsit Salomies, Adoptive and Polyonymous Nomenclature (1992) 101 sq. – 675: inquirendum erat, qua ratione cum Pompeio Magno eiusque gente coniuncta fuerit Pompeia illa Cn. Magni f., quam novimus ex titulo VI 9438 = ILS 1940 (comm.). – 677: est etiam ICUR 9431. – 769: nomen uxori Agrippae fuit *Caeciliae Atticae*, non (*Pomponiae*)

Caeciliae Atticae. Recte dicitur *Pomponiae* nomen vulgo ei tribui, sed in ea ipsa re studiosi vehementer errant. – P. 373 v. 10: POS[SESSA] postea fit POSTV[MA] (v. 3. infra). – 897: an potius fuerit *Sulpicius Postumius*? – 902: est etiam ICUR 14016. – P. 388: de nomine Praetextatae (C 1494) corrigendo videas scripta supra laudata Chausson. – 930 (+ 926 + 929): necessitates inter hos homines intercedentes perspicacius enarrari potuerunt. – P. 393: mentionem n. 806 (supra p. 346) exspectaveris. – 954: COS nescio quo modo pars nominis factum sit. – P. 412 (etiam n. 1043a): in titulo VI 1629 nomen feminae corruptum "LEVNIAN (?) MISIA (*sic*) PROCVLA, c. f. (?)" hoc modo emendare velim: L. Fulvia Numisia Procula *c.f.*, vide quae scripsi ZPE (sub prelo). – 984: Proculeia (PFOS 658) includi potuit, cum etiam alia exempla similia in tabulas relata sint. – 1045: cognomen fortasse fuit *Quar[tilla]*, cf. Kajava, FP 131 adn. 231. – 1050: L. PVBLIVS etc. Nomen gentile huius senatoris in titulo IX 688 re vera legitur PVBLILIO, vide G. Albanese – A. Galli, Epigrafi romane a Cerignola (Cerignola, Centro di servizio e programmazione culturale regionale 1986), 42 sqs. (im. phot. p. 42). – 1069: coniectura [*Au*]lus vehementius repudiari debuit.

Mika Kajava

YANN LE BOHEC: *Die römische Armee. Von Augustus zu Konstantin d. Gr.* Franz Steiner Verlag, Stuttgart 1993. ISBN 3-515-06300-5. 304 S., 40 Foto- und Abbildungstafeln. DEM 78.

In einer handlichen Ausgabe des Steiner Verlages liegt die deutsche, im Vergleich zur französischen leicht veränderte Übersetzung von Yann Le Bohecs "L'armée romaine" vor. Das mit vielen Abbildungen, Karten und Tabellen ausgestattete Buch gibt einen Überblick über organisatorische, praktische und taktisch-strategische Fragen im Zusammenhang mit der Armee in der Kaiserzeit. Ein dritter Abschnitt beschäftigt sich zudem außer mit der Geschichte auch mit der materiellen und kulturellen Rolle derselben. Nach einer allgemeinen Zusammenfassung bietet eine unter Hinweis auf eine in Vorbereitung stehende ausführliche Bibliographie eine thematisch geordnete Kurzfassung den Zugang zu den wichtigsten Werken.

Es ist immer gewagt, ein weitverzweigtes Thema mit so vielen Einzelaspekten auf ein beschränktes Format zwischen die Deckel eines Buches zu bringen, und sicher ist dieser Versuch lobenswert, und selbstverständlich muß auf viele Details verzichtet werden. Im vorliegenden Buch werden jedoch bisweilen notwendige Belege vorenthalten (z.B. S. 9 "Rostovtzeff schrieb, daß ..." ohne Quellenangabe oder S. 289, 2. Abschn. wird eine Inschrift zitiert ohne Angabe der Veröffentlichung). Auch ermöglicht zwar das ausführliche Inhaltsverzeichnis einen relativ gezielten Zugriff auf einzelne Aspekte, aber Indices hätten den Gelehrten, die "voneinander abschreiben" und deshalb bei "natürlich zumeist aber unpassender Gelegenheit lateinische Begriffe, deren Bedeutung sie nicht genau kennen" benutzen (alles S. 9) eine große Hilfe geboten. Im übrigen verfällt der Autor selbst bisweilen diesen Lastern, etwa wenn er über Kulte, Religionen im Heer und Kaiserkult spricht. (Nur ein Beispiel: Die *domus Augusta* wird bereits zu Lebzeiten des Augustus – und nicht erst um 200 n.Chr. wie S. 289 behauptet wird – als *domus divina* bezeichnet CIL XIII 4635, ebenfalls julisch-claudisch ist CIL XIII 4324 + 11353). Was der Verlag sicher hätte